



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 27. Sessio VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

atque Universitatis Pragensis scholares Sæcul. XV. A.C. 1415.  
 inficeret, a Sbincone ejusdem urbis Ar-  
 chiepiscopo anno Incarnationis millesimo  
 quadringentesimo decimo damnata fuit,  
 ejusdemque jussu ducenta ferme descri-  
 pta hujus Hæresiarchæ volumina flam-  
 mis tradita fuere. Postmodum vero sub  
 annum a Christo millesimum quadrin-  
 gentesimum duodecimum Joannes Papa  
 in Concilio Romano hanc hæresin confi-  
 xit, omnibus tamen in Curia Romana  
 comparere petentibus novem mensium  
 terminum concessit, infra quem Wiclefi  
 personam propugnare, & siquid in ejus  
 defensionem allegare possent, proponere  
 ipsis liceret.

## §. XXVII.

*Sessio octava.*

Præstituta die quarta Maji, ritu con-  
 sueto, præsentate Imperatore octava Labbe Conc. tom. 12. p. 42.  
 celebrata fuit Sessio. Sacris solemni-  
 bus, & lytaniis recitatis legebatur Evan-  
 gelium ex capite 7. S. Matthæi v. 15. *At-  
 tendite a falsis Prophetis.* Sermonem ha-  
 buit Episcopus Tolonenfis, sub Themate:  
*Spiritus veritatis docebit vos omnem ve-  
 ritatem. Joan. 16. v. 13.* Quo factò præ-  
 primis de citatione, quæ præcedente ses-  
 sione erat decreta, agebatur, simulque  
 Sigismundus Austriæ Ducem, ut Cæsa-  
 ris,

Sæcul. XV. ris, & Concilii gratiam peteret, Constan-  
A.C. 1415. tiam venisse significabat.

## §. XXVIII.

*Quadraginta quinque Wiclefi Articuli  
a Concilio damnati.*

*Labbe Conc.  
tom. 12. p. 46.*

*Vander  
Hardt to. 3.  
p. 12.*

Quemadmodum principalis esset hujus  
Synodi finis, ut ad condemna-  
tionem errorum Wiclefi procederetur, ita in  
præsenti Patres proscripserunt eos, qui in  
quadraginta quinque Articulos, seu asser-  
tiones redacti erant, & jam antea ab U-  
niversitatibus Parisiensi, & Pragenfi cen-  
suris notabantur; horum primos viginti  
quatuor Guilielmus Curtenacensis, Ar-  
chiepiscopus Cantuariensis, damnaverat.  
Illos autem Archiepiscopus Genuensis  
prout eos impræsentiaram exhibemus, in  
Synodo prælegit.

I. *Substantia panis materialis & simili-  
ter substantia vini materialis, manet in Sa-  
cramento Altaris.*

II. *Accidentia panis non manent sine sub-  
jecto in eodem Sacramento.*

III. *Christus non est in eodem Sacramen-  
to identice, & realiter in propria præsentia  
corporali.*

IV. *Si Episcopus vel Sacerdos est in pec-  
cato mortali, non ordinat, non conficit, non  
consecrat, non baptizat.*

V. *Non*